

Eth. cap. 7. & 8. l. 10. cap. 6. lib. 2. polit. cap. 3. lib. 2. M.
M. c. 10. Huic assensum praebeamus, his suffultionibus. I. Bonā
ψυχὴν generatim loquendo, sunt potentia, habitus & opera-
tiones. Duo priora ad operationem ordinantur: ipsa autem Eū-
δαιμονία, propter se expetitur Arist. d. l. Cur ergo eandem cum
nihil reliquum, ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ψυχικῇ consistere diffitebimur?
II. Si tantummodo ἐν κλήσει καὶ ἔξει virtutis illa, consisteret,
vir bonus in eā etiam acquiesceret. Eūδαιμονία namq̄ est Finis
genuinus & ultimus in quo appetitus & agentis operatio desinit.
Imò est quies studiosorum actuum & perfectio Scalig. ex. 307.
f. 39. lib. 1. de plant. pag. 155. Sed in nudo illo habitu non de-
sinit aut acquiescit, sed κλήσει ἡσυχίας & ἔξει referre gaudet ad χε-
ρῶν καὶ ἐνεργειῶν. III. Sic etiam καθεύδοντι ἢ καὶ ἄλλως πῶς ἐξηγε-
γυκότι ut Arist. l. 1. c. 8. Ethic. disputat, in dormiente & otioso
potest esse habitus & possessio. Quis verò talem nisi mens
amens beatum pronunciauerit? IV. Et quid iuvat solus Ha-
bitus & possessio? In ludis Olympiacis non coronantur οἱ κἀλλί-
στοι καὶ ἰσχυρότατοι, ἀλλ' οἱ ἀγωνιζόμενοι: idem hic esto.
Aristot. d. l. Piccolom. grad. 9. P. M. cap. 13. adde Magi-
rum ad hunc text. pag. 73. Nec est quod forsitan nobis ob-
jiciatur illud ἀντὶ Ἑλληνῶν; operationes crebrā remorā impediri:
siquidem felicitatis huius quendam sat participem esse existima-
mus, si eatenus versetur in operatione, quatenus huius vitæ
fragilitas indulget. Imò rezerimus illud Stoicorum Princi-
pis lib. de brevit. vit. cap. 17. pag. 244. Vestris quidem
pedibus comparatus, debilis cursor sum. Dubium quod
movere poterat definitio Eūδαιμονίας Boeth. l. 3. de consol.
Philos. prof. 2. pag. 1009. ipsa συζήτησις solvet. Perge-
mus ad politica.

QUAESTIO VI.

Quot sint Rerumpublicarum formæ?

Cum Cambyses apud Xenophontem l. 1. Cyropæd. p. 21.

B 3

dice-